

SPICILEGIUM HISTORICUM

Congregationis SSmi Redemptoris

Annus XVII

1969

Fasc. 2

GIUSEPPE ORLANDI

LE RELAZIONI «AD LIMINA» DELLA DIOCESI DI SANT'AGATA DEI GOTI NEL SECOLO XVIII

Riprendendo la pubblicazione delle relazioni *ad Limina* della diocesi di Sant'Agata dei Goti iniziata nel numero precedente (cfr *Spic. hist.*, 17 [1969] 1, pp. 3-82), in questa seconda parte presentiamo quelle che riguardano l'episcopato di S. Alfonso M. de' Liguori.

PARTE II

S. ALFONSO MARIA DE' LIGUORI (1762-1775)

S. Alfonso venne preconizzato alla sede di Sant'Agata nel concistoro del 14 giugno 1762 e consacrato nella chiesa romana di S. Maria sopra Minerva la domenica seguente, 20 giugno. Governò la diocesi per tredici anni, adempiendo al suo dovere pastorale con infaticabile zelo e dedizione totale. Dopo aver ripetutamente presentato le dimissioni a motivo dell'età cadente e della malferma salute, il 26 giugno 1775 ottenne da Pio VI di essere sollevato da responsabilità che non si sentiva più idoneo a portare. Si ritirò nella casa della sua Congregazione in Nocera dei Pagani (Salerno), dove si spense il 1º agosto 1787.

Le relazioni della diocesi di Sant'Agata dei Goti per i trienni 60°-62° (1762-1771) compaiono già nell'edizione romana delle lettere del 1887-1890 (S. ALFONSO M. DE' LIGUORI, *Lettere*, vol. III, Roma 1890, pp. 602-620, 632-636, 643-647). Gli editori, che non poterono consultare l'Archivio Vaticano, si servirono di copie conservate presso l'Archivio Generale CSSR (XXXIX/13), lasciandosi però guidare da criteri quanto mai discutibili: levigarono ed abbellirono arbitrariamente i testi, privandoli della loro caratteristica di rapporti scarni e un po' frettolosi, che badano all'essenziale senza

indulgere ad artifici stilistici (92). Per questo motivo riteniamo opportuno ripubblicare tali relazioni, ristabilendone l'esattezza del testo sugli originali, conservati provvisoriamente presso la S. Congregazione per la disciplina del Clero (già S. Congregazione del Concilio). Per comodità del lettore, che difficilmente potrebbe prenderne visione, ripresentiamo anche le risposte delle autorità romane, anch'esse già pubblicate nella predetta edizione delle lettere.

21. Triennio 59° (1759-1762).

Durante il suo soggiorno romano per la consacrazione episcopale, S. Alfonso compì la visita ad Limina per il 59° triennio. S.C.C., Reg. 3. Cfr anche P. BERNARDS, *Depositiones testium in processu apostolico Romae an. 1762 constructo de qualitatibus S. Alfonsi ad dignitatem episcopalem promovendi, Spic. hist.*, 4 (1956), pp. 189-194.

22. Triennio 60° (1762-1765).

La visita per il 60° triennio fu compiuta per mezzo del procuratore abate Francesco Paolo Puoti, che visitò le basiliche degli Apostoli il 3 e il 4 agosto 1765.

Sant'Agata dei Goti, 8 luglio 1765.

S.C.C.V., ff. 7-14.

AG, XXXIV/13.

Lettere III, pp. 602-620.

(92) A riprova di quanto affermato riportiamo tre note di mano del P. Federico Kuntz (1832-1905), aggiunte alle copie delle relazioni inviate da S. Alfonso alla S. Sede che si conservano presso l'Archivio Generale CSSR (XXXIV/13). La prima nota riguarda la relazione del 1765, la seconda quella del 1768 e la terza quella del 1771:

- « Quoniam in hac relatione sicut et in duabus aliis, quae suo loco sequentur, multa sunt, quae contra grammaticam peccant, hinc non omnino *ad verbum* typis mandanda esse censuimus. Attamen ita mandata est typis, ut omnia quae retineri poterant, fidelissime retinerentur ».
- « Cum latinitas hujusque relationis maxime mendosa sit, relatio, quibusdam mutatis, typis mandata est. Mutationes autem ita factae sunt ut ipsi huic scripturae, quam fieri potuit optime, consuleretur. De caetero, non ipse Alphonsus latinam hanc scripturam confecisse videtur; ipse dictavit relationem italicice, et alius, parum peritus, redditum eam latine ».
- « Cum et tertiae huius relationis latinitas maxime mendosa sit, sicut omni vel obiter perlegenti innotescit, illam typis mandavimus, post factas quasdam (has vero plane necessarias) emendationes ».

Ed ecco due esempi del risultato derivante dall'applicazione di tali criteri.

« Quo vero ad reliqua, etsi non magni momenti, materialem ecclesiarum dioecesis statutum respicientia, praetereunda censeo, ne singillatim referendo taedio EE.VV. afficerem, nam hucusque mediis relationibus a meo praedecessore satis recensita, hactenus immutata non extant ». S.C.C.V., Rel. 1765, f. 12.

« Triennio jam acto, in secunda relatione a me humiliter habita, ac ampliori forma distinctaque in prima sex ab hinc annis peracta, satis aperui... ». S.C.C.V., Rel. 1771, f. 1.

« Quoad reliqua minoris momenti, materialem ecclesiarum dioecesis statutum respicientia, ea silentio praetereunda esse censui ne EE. VV., singillatim omnia referendo, taedio afficerem. Quae hucusque mediis relationibus, a meo praedecessore satis recensita sunt, hactenus immutata non extant ». *Lettere III*, p. 615.

« Ante hoc triennium, in secunda a me humiliter exhibita relatione, et sex adhinc annis, in prima, quae fuit amplioris magisque distinctae formae, satis aperui... ». *Lettere III*, p. 643.

1765

||7|| Ad hanc Sanctagathensem cathedralem ecclesiam, licet immerito, de mense junii anni millesimi septingentesimi secundi nonnisi Dei et Apostolicae Sedis gratia promotus, [cum] pro quinqueagesimo nono quod currebat triennio, praesens Romae ratione promotionis, sacrorum liminum visitationi fecerim satis; in praesentiarum recurrente sexagesimo triennali circulo Sixtinæ visitationis jam fere triennio, cognito ovile visisque concreditis ovibus, quantum humano infirmoque judicio noscere datum est, fidelem hujusce ecclesiae statum, cum jam gravescente aetate et diutina pene infirmitate pressus hoc munus de persona non valuerem, per nuncium (93) Eminentissimis Vestris, humili qua decet devotione, referre sum necessitate coactus.

Status ecclesiae materialis.

Civitatem hanc super planicie rupis sitam, montibus circumvallatam, praeruptos ab utroque latere torrentes habentem, non ignobilem, ab incolis Gothis avito tempore ad eam refugis nomen habuisse traditur, ipsamque neapolitanae ditioni ac utili dominio illustris ducis Magdalunensium, necnon intra provinciam Principatus-Ultra extare locumque in medio dioecesis habere prospicitur.

Inter insignes sacras reliquias decenter in suis respectivis argenteis thecis collocatas, quibus ditata est cathedralis ecclesia, numerantur medius digitus S. Agathae virginis et martyris, particula ex ossibus S. Stephani prothomartyris praecipuorum patronorum et titularium, ac tandem major corporis pars et integrum brachium S. Menneæ anachoretae etiam tutelaris affatae ||7'|| civitatis; cathedralis memorata est sub titulo Beatae Mariae Virginis in Coelum Assum[pt]ae, et consecratione decorata fuit anno 1763 (94), sub jacetque juri metropolitico Beneventano.

Ipsamet praelaudata ecclesia tenet medium civitatis situm apitorem, affabre eleganterque a decessoribus meis constructa, in tres naves magnifice distributa, praeter interiores cappellas symmetrico ordine dispositas cum suis altaribus, partim ex marmore perpolito et partim ex opere plastico inibi excitatis; et est pro nunc sufficienti

(93) La relazione del 1765 fu presentata dall'abate Francesco Paolo Puoti, nato ad Arienza ma residente a Roma. *Lettere I*, p. 572, III, p. 324. Ebbe un fratello, Antonio, che tenne la sede arcivescovile di Amalfi dal 1758 al 1792 (*Hier. cath.* VI, p. 78; *Lettere I*, pp. 496, 621), ed uno zio, Alessandro Puoti, vescovo di Marsico Nuovo dal 1732 al 1744. *Hier. cath.* VI, p. 278.

(94) La consacrazione della cattedrale fu compita nella primavera del 1763. R. TELLERIA, *S. Alfonso M. de Ligorio*, II, pp. 80-81.

sacra suppellectili instructa et in posterum promptus [sum] de opulentiore providere.

Eidem cathedrali ecclesiae adjacet episcopium non indecorum, et integra contignatio cum fuerit ruinis proxima, huic malo occurere anno jam acto promptus fui, cum in reliquis pro nunc alia non indigeat reaptatione.

Quoad congruam episcopi subtentationem, non est cur haec mensa aliis invideat: onerata tantum extat pensione sexaginta scutorum monetae romanae in beneficium abatis domini Blasii Fioravanti quotannis persolvenda, ultra illud intrinsecum onus reparandi in casu indigentiae cathedralem illamque in omnibus necessariis manutenerendi, ac sacristiam de sufficienti sacra suppellectile providendi, cum tam praefata cathedralis quam memorata sacristia nullos habeat redditus assignatos in tale opus erogandos (95).

Ultra civitatem, oppida et castra tredecim dioecesim componunt: nimirum Argentum in Campanea Felici situm, inter coetera oppida primum praetendens locum, cum suis casalibus; Arpadium cum ejus pago ex Furcis Caudinis nuncupato Forchia; Ayrola, paucis ab hinc annis titulo civitatis illustrata, suos habetque pagos, Modianum nempe, Lutianum, Buccianum et Pastoranum; quartum oppidum nominatur Fraxium; alterum Vallis et tandem Duratiandum cum adjunctis pagis Cervini et Furcularum. Suntque tria castra: primum Balneolum, secundum Ducenta, tertium Cancellum prope affatum oppidum Argentii, unumquodque proprium habet curatum archipresbyterum, cui respective demandata est animalium cura rusticorum villicorumque inibi cum suis familiis habitantium, illo tamen Cancelli excepto, ut suo loco dicetur.

Inter praescripta tria castra primum tenet locum Balneolum, cuius utilis dominus et baro est episcopus, qui deputat annuatim gubernatorem pro exercitio jurisdictionis civilis et mixtae, nam in reliquis quae poenam san||8||guinis respiciunt ad illustrem ducem Magdalunensem pertinet.

Status ecclesiarum et locorum piorum.

Capitulum hujusce cathedralis ex triginta et uno capitularibus assurgitur, rocheto et cappa magna decoratis, ex quibus quinque

(95) La consistenza delle rendite della mensa vescovile di Sant'Agata nel 1762 era valutata a 2.000 ducati napoletani. *Hier. cath.*, VI, p. 69. Nella lettera indirizzata a Pio VI nell'aprile del 1775 per chiedergli l'esonero dal vescovado, S. Alfonso affermava che negli ultimi quattro anni le entrate della mensa erano state di ducati 2.600. *Lettere III*, p. 342. F. Verzella affermò che durante l'episcopato di S. Alfonso la mensa rendeva meno di 3.000 ducati, mentre «rendeva più pell'innanzi, ma avendo Monsignore sbassati e rilasciati tanti dritti e rifiutando ogni regalo, non rendeva più quello di prima». A. SAMPERS, *Spic. hist.*, 9 (1961) 383.

existunt dignitates, nempe archidiaconus, decanus, duo primicerii et thesaurarius; et dignitates praefatae et canonici, paucis exceptis, praebendas habent a massa communi separatas, inserviunt choro alternis tamen hebdomadibus, omesque insimul diebus dominicis et festis et adventus et quadragesimae temporibus, et de dicta communi massa lucrantur praesentes et punctuantur absentes, vigetque laudabilis consuetudo ut omnes capitulares sint presbyteri. Poenitentiarii munus exercetur a decano, cui dignitati est adnexa poenitentiaria, idemque praesto est ad sacramentales confessiones audiendas pro opportunitate fidelium, juxta sacrorum canonum dispositionem. Adest pariter canonicus theologus, qui statis temporibus et diebus ad episcopi praescriptum Sacrae Scripturae lectiones persolvit. Memoratis canonice accessere quatuordecim cappellani chorales, qui etiam alternative in hebdomada insimul cum canonice choro et ecclesiae inserviunt. Quotidie a capitulo fit satis oneri missae pro benefactoribus. Denique, ejusdem cathedralis servitio sunt etiam sacrista et quatuor clerci, qui quinquaginta explent inservientium numerum.

Praeter cathedralem ecclesiam adsunt duae vicariae perpetuae in civitate, quibus praesunt respectivi vicarii cum cura animarum quoad designatos limites, quorum unus est proprius ipsius cathedralis, in qua sacramenta administrat ceteraque munia ad curam animarum pertinentia explet, cum ecclesiam separatam non habeat; convenitque alter in eadem cathedrali ad sacramenta et sacramentalia exercenda, nec non ad excipiendas sacramentales confessiones, ut [i]turque propria ecclesia sub titulo S. Mariae de Monte Carmelo, intra moenia dictae civitatis existente, tantummodo pro sacrificio missae diebus dominicis et festivis ac evangelii explanatione. Praefatae duae vicariae perpetuae, etsi in vacatione conferuntur praevia nominatione ||8'|| capituli dictae cathedralis, penes quod annis jam actis erat omnis pene animarum cura, sunt tamen subjectae regulae reservationis mensium quoad eorum collationem (96).

In uno ex casalibus dictae civitatis, duobus fere milliaribus ab eadem procul, extabat tantummodo vicaria perpetua S. Thomae Aquinatis in montano loco extracta quaeque maximam curae extensionem continebat, intra cuius limites varios dissitos hinc inde pagos complectens, ex quo non sine maximo incommodo poterant parochiani eandem adire ad divinum verbum audiendum ac sacramenta percipienda, et multo minus senes necnon puellae et rudes ad se reddendos in rudimentis fidei instructos, nec vicarius curatus

(96) Circa i mesi riservati nelle collazioni beneficiali cfr anche *Dict. droit. can.* I, coll. 445-448; II, coll. 452, 472, 564-567.

praesto necessitati animarum parochianorum occurrere; quocirca meus decessor bonae memoriae episcopus Gaeta duas alias vicarias curatas, ad mentem Sacri Concilii Tridentini (97), in locis aptioribus intra fines dictae vicariae S. Thomae erexit cum unione aliquorum beneficiorum simplicium, unam sub titulo S. Petri a Romagnano, alteram vero S. Michaelis Archangeli, sed minime eorum effectum habuere, quia ecclesiae ad tale salutare opus designatae reaptatione magna indigebant, quemadmodum debito ornatu ac integra suppellecstile sacra; cui tam opportuno digneque operi jam manus festine porrexi ad illud perficiendum, divinae providentiae ope fretus, reaptando ecclesiam S. Petri et illam S. Michaelis Archangeli a fundamentis jam excitatam ad perfectionem reducendo, ac ex paucis earum redditibus actu existentibus eas moderata suppellecstile instruere curavi, deputando in ecclesiis praefatis vicarios curatos, praevia nominatione capituli hujusque cathedralis ad quod pertinet, ad instar vicariae curatae S. Thomae, in qua, quoties casus vacationis occurrit, cum nominatione ipsius capituli et approbatione episcopi providetur de vicario curato, et in praebendatis duabus vicariis noviter erectis jam, Deo favente, explanatur diebus festis evangelium ac parantur sacramenta, ubi confluunt cum eorum commodo parochiani ad ipsa percipenda aliaque pietatis opera exercenda. At, cum mediis memoratis duabus vicariis, ut supra, erectis non fuerit satis consultum necessitati cunctarum animarum curae vicariae S. Thomae addictarum, ob alias villas et pagos ab ea duobus et fere tribus milliariis semotos habentes ac etiam viarum asperitatem, praesertim hyemis tem||9||pore, maximamque ex hoc patiebantur eorum parochiani difficultatem adeundi dictam vicariam S. Thomae, ideoque pari cura tertiam vicarim curatam sub titulo Sanctissimae Annunciationis, in ecclesia sub eadem invocatione in loco apto constructa de jurepatronato universitatis hujusce civitatis, cum consensu ejusdem, praevio publico civium consilio, erexi cum unione reddituum aliquorum beneficiorum simplicium pro tempore vacandorum, in qua actu quoque sacramenta administrantur a vicario curato, media etiam nominatione capituli a me approbata. In enunciatis omnibus vicariis perpetuis adimpletur, diebus dominicis et festis cuiuslibet anni, onus celebrandi missam pro pupulo.

In affata ecclesia Sanctissimae Annunciationis de jurepatronatu dictae universitatis, ubi novam erexi parochiam, sexdecim extant cappellani perpetui per laicos oeconomos, a quibus gubernatur dicta ecclesia, eligendi et per episcopum pro tempore confirmandi, qui quo-

(97) *Conc. Trid., Sess. XXI, De ref., c. 4; Sess. XXIV, De ref., c. 13; Sess. XXI, De ref., c. 4.*

tidie obligationi sunt obstricti faciendi satis missarum planarum et anniversariorum oneri ad tabellarum formam, et psallendi in choro juxta fundationis leges, diebus nedum festis, verum etiam ferialibus.

Praeter praelaudatas parochiales in eadem civitate ejusque pagis existentes, extant in civitate praefata laicorum confraternitates numero novem peculiaribus vestibus interdistinctae, quarum duae propria gaudent ecclesia, una nimirum sub invocatione S. Mariae Gratiarum, altera Beatae Mariae Septem Dolorum in ecclesia S. Angeli de Munculanis erecta; reliquae vero sub respectivis invocationibus, et praesertim illa Sanctissimi Corporis Christi, constructas habent cappellas in cathedrali praelaudata, ac pariter in enunciata ecclesia Sanctissimae Annunciationis, quemadmodum in illa Patrum Minorum Conventualium S. Francisci, eorumque sodales publicis intersunt processionibus, cunctique singulis diebus festis in praedicta ecclesia S. Angeli de Munculanis convenienti, sub disciplina directoris spiritualis ab episcopo deputati, ad varia pietatis opera exercenda.

Suntque quoque quamplurimae rurales ecclesiae ad villicorum commodum in toto civitatis ac etiam dioecesis territorio constructae, in quibus diebus festis sacrosanctum peragitur sacrificium, et unicuique inservit eremita solitariam vitam ac saeculi voluptatibus semotam ducere exoptans, ab episcopo, habita prius de bonis ejus vita fama et moribus certitudine, selectus, ab oculis tamen vicinioris parochi et vicarii foranei respective locorum [9'] dioecesis non subductus: et qui[sque] eorum in festivitate S. Mennae Anachoretae ad cathedralem confluit ecclesiam, testimonium suorum operum redditurus, et se sacra synaxi refecturum.

Inter loca pia dictae civitatis ,duo numerantur tantummodo montes in pauperum levamen erecti sub titulo S. Annae, quorum unus nominatur *delli pegni*, ejusque oeconomus a capitulo dictae cathedralis de ejus gremio quotannis creatur; alter vero *maritagiorum*, cuius redditus ducatorum octoginta circiter annuatim administrantur a canonico primicerio affatae cathedralis, cui incumbit onus quolibet anno distribuendi quinque maritagia puellis civibus pauperibus, honestatem tamen servantibus.

Erant annis jam actis erecti duo alii montes ad pauperum quoque aegestatem sublevandam, unus frumentarius ex proprio aere a bonae memoriae episcopo Gaeta, qui ducenta dumtaxat attigebat media, alter vero sub titulo Pietatis, cuius administrator eligebatur ab universitate hujusce civitatis et ab episcopo confirmabatur, modo tamen omnino dimissi.

Seminarium, episcopio adhaerens, ampliori et meliori forma

fere ab imis fundamentis modo construitur, erogatis hucusque quinque mille aureis circiter monetae hujus Regni, ac paucorum annorum curriculo, Deo adjuvante, arbitror hoc opus insigne ad perfectionem reduci pro majori convictorum commodo, commorantibus interim ipsis in quibusdam episcopalibus aedibus ad instar seminarii redactis ac a mea meaeque familiae habitatione omnino separatis (98); ipsisque convictoribus septuaginta numero circiter, praevio examine ex civitate et dioecesi collectis, praesunt variarum facultatum selecti magistri ad illos reddendos quoad ecclesiasticam disciplinam scientiasque praesertim theologiae scholasticae, dogmaticae et moralis bene instructos; habetque redditus annuos ducatorum mille et bis centum monetae hujus Regni, praeter convictorum solutiones tertiatim persolvendas.

Ad seminarium praelaudatum inopinate multoties accedere non omitto, tanquam pater familias rationem requirens quoad oeconomicum ipsius statum, scientiarum profectum, constitutionum sive regularum observantiam, ut in ecclesiastica disciplina convictores instruantur, pecu||io||liari investigans modo an sit spes fructum habendi temporibus suis, ac, cum consilio duorum canonicorum a me electorum, quae necessaria et magis utilia existimantur pro bono regimine statuo; necnon scholasticis et dogmaticis conclusionibus saepe saepius ab iisdem habitis interesse non dedignor.

Plurima numerantur in civitate et dioecesi regularium monasteria: nimirum duo in civitate praefata, unum S. Francisci Minorum Conventualium debita familia oneratum, alterum vero S. Joannis de Deo, cui est adnexum et incorporatum nosocomium in fundo mensae episcopalnis constructum et episcopo media bulla felicis recordationis PP. Gregorii IX reservatum et omnino praesertim quoad visitationem subjectum, ejusque cura demandata videtur Fratribus Hospitalitatis S. Joannis de Deo, inibique extat altare erectum et diebus signanter festis ad infirmorum commodum sacrosanctum missae sacrificium minime intermittitur.

Extatque in civitate praefata conservatorium S. Mariae Constantinopolitanae, mei regiminis tempore ad perfectionem reductum cum necessariis mansionibus et officinis ad formam dispositis insimul cum ecclesia ei adjacente excitata, pluribus ad tale opus perficiendum ex ejusdem conservatorii reditibus supra vires erogatis centenis aureis, pueras tamen hactenus non claudens, cum paulo ante extabat jam imperfectum (99). Illud tamen restat, et quidem

(98) Tali locali erano stati approntati da Mgr Gaeta che intendeva allogarvi « un quasi convitto, che ideava di fare ». A. SAMPERS, *Notitiae cit.*, p. 401.

(99) *Ibid.*, pp. 412-413; R. TELLERIA, *Manuductio summaria ad archivum alfonsianum episcopii sanctagathensis*, *Spic. hist.*, 9 (1961), pp. 536-540.

non parvi negotii, ut Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium assensum et beneplacitum super petita adnexatione redditum quorundam piorum locorum hujusce civitatis impariatur, cum annui reditus memorati conservatorii actu existentes ex seipsis haud respondeant oneribus supportandis, quemadmodum licentiam pro ingressu sororum monialium ac reducendi illud in clausuram sub regula ab ipsa Sacra Congregatione approbanda ad preces universitatis civitatis memoratae eidem Sacrae Congregationi jam porrectas elargiatur. Quae quidem res maximo totius populi desiderio expectatur, et sicut speratur quam citius, favente Deo, ita pari omnium gaudio ex animo exciperetur.

||10'|| Sicuti civitas praedicta duobus tantummodo regularium monasteriis supraenunciatis decoratur, ita dioecesis ipsorum pluribus, porro numero undecim, nimirum quinque in insigni oppido Argentii, quorum primum est Ordinis S. Augustini intra moenia existens, secundum Congregationis Montis Virginis cum proprio abate, tertium Ordinis Praedicatorum, quartum Carmelitarum et tandem Cappuccinorum. Quatuor vero extant in civitate Ayrolae, scilicet Congregationis Olivetanae et Montis Virginis cum respectivis abatibus, et Ordinis Praedicatorum, et denique Patrum Stricteris Observantiae Discalceatorum S. Francisci. Estque unum regularium monasterium in oppido Duratiani Ordinis Praedicatorum Provinciae Utriusque Lombardiae, ac ulterius aliud in oppido Arpadii Patrum Minorum S. Francisci de Observantia. Omnia memoria monasteria sub materiali clausura et onerata debita familia ab episcopali jurisdictione immunia, excepto illo Carmelitarum omnino subiecto, cuius familia vix quatuor pertingit. Omnibus praefatis observantius laudo Discalceatorum Ordinis.

Duobus sororum monialium monasteriis episcopo subjectis et totidem puellarum conservatoriis, quibus civitas destituitur, dioecesis decoratur: duo sunt in citato oppido Argentii, unum monialium monasterium Sanctissimae Annunciationis sub regula Canonorum Lateranensium, et alterum conservatorium ad instar clausurae cum ecclesia adjacente S. Philippi Nerii, in quo virgines viginti tres degunt sub habitu et regula Patrum Servitarum Passionis Deiparae, sub omnimoda episcopi jurisdictione. Alterum monasterium extat in affata civitate Ayrolae sub regula Tertiī Ordinis seu S. Elisabeth, et denique puellarum conservatorium in oppido Fraxii cum ecclesia cohaerente sub regula Venerabilis Mariae Seraphinae de Deo sub regia protectione, omnibus tamen monialibus et puellis praefatis religiose viventibus suasque constitutiones servantibus, ac pro majori regulari observantia aliqua addere, mediis propriis,

minime praetermisi. Clausura dictorum monasteriorum inviolate custoditur et redditus eorundem fideliter administrantur, implicatis dotibus in bonorum stabilium frugiferorum vel annuorum reddituum emptionem.

Tres numerantur in dioecesi collegiatae ecclesiae : duae insignes, una in oppido Argentii sub titulo S. Andreae Apostoli, quae viginti canonicis componitur; ||11|| altera in illo Arpadii, antiquior supradicta, numerum quinque canonicorum non excedens, in qua duae sunt dumtaxat dignitates, prima archipresbyter, secunda vero primicerius, et omnino desunt praebendae viviturque ex massa communis vulgo *grossa* [dicta] quam maxime tenue, temporum injuria sic diminuta, et incessanter divina persolvitur psalmodia. In illa vero Argentii quatuor extant dignitates, et prima recensetur archipresbyter, secunda primicerius, tertia theologus cum onere statis temporibus Sacrae Scripturae lectionem explanandi, postremo thesaurarius : hae dignitates tantummodo potiuntur praebendis a massa separatis, et insimul cum canonicis alternis hebdomadibus inseruiunt choro et ecclesiae, omnesque ipsarum collegiatarum canonici sunt mozzetta insigniti, et in vacationibus subduntur regulae reservatoriae mensium. Est et alia collegiata in terra Fraxii, triginta habens canonicos pari mozzetta insignitos, cuius caput est archipresbyter, et percipiunt tenues annuos redditus ex massa communis ad summam usque ducatorum decem et octo monetae hujus Regni ascendentes, inserviuntque choro alternis hebdomadibus.

Praeter enunciatas collegiatas ecclesias, in hujuscce dioecesis locis, nimirum in affato oppido Fraxii, in alio Duratiani; in civitate Ayrolae ac in illo Vallis reperiuntur erectae præsbyteriales ecclesiae, ultra tres alias jam enuntiatas in castris Balneoli, Ducentae et Cancelli, cuius archipresbyter potitur tantummodo titulo, et cura animarum exercetur a parocho vicinoris casalis S. Felicis dictae terrae Argentii, qui anno proxime elapso fuit a me coactus ad depuntandum inibi oeconomum curatum ad effectum magis consulendi necessitati animarum illorum villicorum. Necnon extant parochiae quam plurimae in affatis dioecesis locis eorumque pagis, sub eorum respective titulis, proprios parochos habentes cum suis oeconomis curatis, quae subduntur regulae reservatoriae mensium, dum vacationis casus acciderit, omnesque præsbyterales et præfatae parochiae sunt sufficienti ornatu, debitaque sacra suppellectile provisae.

Innumerae etiam adsunt erectae in tota dioecesi sodalitates sub præcipue sanctorum invocationibus, quas omnes sigillatim describere supervacaneum ||11'|| puto, cum, etsi reali visitationi se sub-

jaceant, in reliquis vero omnes fere sunt sub regia protectione, ac parvipendere ut plurimum conantur ordinariam autoritatem, vixque in debita disciplina contineri possunt, regiis insinuationibus facile impetrandi innixa, quamquam non omiserim, cum opus fuerit, in faciem obsistere (100).

Praeterea referre non omitto in praefata terra Argentii novam actu construi parochialem ecclesiam sub titulo S. Nicolai, in aptiori loco et pro majori parochianorum commodo amplioris formae et politioris structurae, et hoc inter tot tantoque civium et universitatis dissidias, quas ad sedandas non parum laboravi, ac, Deo favente, infra alterius biennii spatium eandem ad perfectionem reduci probabiliter arbitror, relicta antiqua parochiali tamquam nimis antiquata et angusta, quemadmodum in eadem terra alteram parochialem ecclesiam sub titulo S. Agnetis et aliam etiam S. Petri ad Talairicum reaptari fabrica ac nova contignatione muniri totam curam impendi.

In memorata terra vero Fraxii praeter memoratam archipresbyteralem ecclesiam, cui est animarum cura adnexa, post non paucas dissensiones cum actuali archipresbytero dictae ecclesiae habitas, et, Deo adjuvante, mediis propriis sine judicio strepito jam vincetas, alteram ecclesiam sive cappellam, in loco aptiori pro majori parochianorum commodo in vicis ab ipsa archipresbyterali remotioribus habitantium, construendam statui filialem dictae archipresbyteralis cum oecono a me deputando ad nutum tamen admovibile, ad hoc ut parochiani commode accedere possint ad dictam novam ecclesiam, praesertim adversis temporibus, ad verbum divinum audiendum et sacramenta percipienda, cum causae magni incommodi sive difficultatis pro dismembratione plene aperteque, ad mentem constitutionis Alexandri PP III *Ad audientiam* (101) et Sacri Concilii Tridentini cap. 4, sess. 21 (102), haud in hoc proposito concurrere videbantur.

Animarum numerus in hac civitate et suburbii attingit quinque mille et bis centum; in oppido Argentii ejusque pagis et v[i]llis decem mille et ultra; in Arpadii oppido et casale Furcularum mille et sexcentum; in civitate Ayrolae ejusque casalibus sex mille et bis centum; in oppido Fraxii bis mille et sex centum; in illo Vallis mille

(100) Circa la visita dei luoghi pii amministrati dai laici da parte dei vescovi, cfr il Concordato del 1741, cap. V, in A. MERCATI, *Raccolta di concordati su materie ecclesiastiche tra la Santa Sede e le autorità civili*, Roma 1919, pp. 354-355. Cfr anche V. GILIBERTI, *La polizia ecclesiastica del Regno di Napoli*, Napoli 1797, I, p. 191.

(101) Cost. *Ad audientiam nostram* del 19 maggio 1169, in *Bullarium romanum*, II, Roma 1739, p. 398.

(102) *Conc. Trid.*, Sess. 21., *De ref.*, c. 4.

et centum; in castris nimirum Balneoli bis centum quinquaginta, Ducentae ter ||12|| centum et ultra, tandem Cancelli bis centum circiter.

Clerus secularis in hac civitate et suburbii ad numerum ascen-
dit octoginta; in memorato oppido Argentii ejusque casalibus et
villis centumviginti; in enunciata civitate Ayrolae et ejus pagis
octoginta circiter; in nominato oppido Fraxii quinquaginta; in illo
Duratiani ejusque pagis quadraginta et in altero Vallis triginta cir-
citer; in descriptis castris, excepto illo Balneoli in quo unus adest
sacerdos nuper ordinatus, omnino desunt sacerdotes ac in sacris
constituti, nec in praesentiarum extant clerici nec pro nunc clericali
militiae addicturi, omnibus rustice et villicorum more viventibus.

Quo vero ad reliqua, etsi non magni momenti, materialem ec-
clesiarum dioecesis statum respicientia praetereunda censeo, ne si-
gillatim referendo taedio Eminentias Vestras afficerem, nam, hu-
cusque mediis relationibus a meo praedecessore satis recensita, hac-
tenus immutata non extant.

Status formalis ecclesiae.

Pro administratione justitiae habeo vicarium generalem ex-
terum ab initio meae promotionis assumptum, cuius peritia, fama
et mores sunt commendatione digna. Promotorem autem fiscalem,
fisci et pauperum patronum ac cancellarium dioecesanos. Quoad
causas fidei nulli adsunt officiales, cum ex lege Regni lata de anno
1746 a regia delegatione prohibe[*a*]ntur episcopi etiam via ordina-
ria procedere absque praevia remissione processus ad ipsam regiam
delegationem, [et absque praevia] licentia et approbatione ejusdem
adhuc respectu simplicis citationis rei vigore informativi et multo
minus ad probationem sententiae (103); quod quidem in causa est
ut aliae ten[*e*]antur ad praesens viae ab episcopis ad sarcam tec-
tam reddendam ortodoxam fidem, penitus tamen Inquisitionis iudi-
cio eliminato tamquam in hoc Regno satis adverso (104).

Clerum universum, exceptis paucis, docilitate animi pollere
potius hactenus novi, moribus tamen universim non integrum,
quamvis impraesentiarum, mediis exercitiis spiritualibus, quae quo-

(103) Il Concordato del 1741 stabiliva i casi in cui i giudici ecclesiastici potevano pro-
cedere nei confronti dei laici. A. MERCATI, *Raccolta* cit., pp. 354-355.

(104) Sulla crisi che nel 1746 contrappose la Deputazione del S. Ufficio a Carlo di
Borbone, accusato di aver ceduto al cardinale Spinelli, arcivescovo di Napoli, che insisteva
per il ristabilimento dell'Inquisizione, cfr F. VENTURI, *Settecento riformatore: da Muratori
a Beccaria*, Torino 1969, pp. 86-89, 537-538.. Cfr anche G. GALANTI, *Nuova descrizione storica
e geografica delle Sicilie*, Napoli 1787, I, p. 206. F. BECATTINI, *Storia del regno di Carlo III
di Borbone*, I, Torino 1790, pp. 230-235.

tannis subire sensim sine sensu coegi, ac monitionibus paternis quibus adjicere etiam moderatas coercitiones dummodo monitiones non proficiant, minime praetermissi, Deo favente, moribus correc-tum ac pietate cultiorem videam, etsi melius expotarem. Literarum sacrarumque ||12'|| facultatum et praesertim theologiae moralis necessaria scientia, plurimum indigentem, demptis nonnullis nedum in civitate hac sed etiam in dioecesi vere dignis, eundem non parum patior, quo circa huic malo occurrent quantum in me est, academias theologiae moralis pro instruendis illis hujusmodi facultate destitutis, quibus praeficiunt doctiores praesbyteri a me selecti, constituere minime praetermissi (105).

Praeter academias, extant hebdomadariae casuum moralium conferentiae ac etiam sacrorum rituum in affata civitate et quolibet dioecesis loco, quae adamussim explentur, ubi convenienter omnes de clero etiam aetate provecti.

Populus universus, divina favente gratia, intra mei regiminis tempus redditus est ob frequentes et repetitas missiones in civitate et tota dioecesi, a Patribus meae Congregationis Sanctissimi Redem[p]toris et a vere dignis evangelii operariis Congregationis pii patris Pa[v]one Neapoli institutae et alterius Piorum Operariorum. Callet fidei rudimenta, nec dolendus quoad frequentiam ecclesiae et sacramentorum.

Parochorum onus diu exercitatum teneo, omnesque, quantum mihi videre est, satis muneri suo faciunt, explanando diebus dominicis et festis evangelium parochianis, ac docendo pueros, puellas et rudes fidei rudimenta et in administrandis ecclesiastico ritu sacramentis maxime infirmis, ceteraque munia parochialia pro viribus explendo.

Verbum Dei quotidie populo porgitur qua[d]ra[g]esimae tempore in cathedrali, collegiatis et archipresbyteralibus ecclesiis dioecesis. In casalibus vero diebus tantummodo festis, et concionator providetur universim uno anno ab episcopo, alio vero nominatur a magistratibus de regimine, et ab eodem episcopo confirmatur et sic alternatim constanter observatur, excepta cathedrali, cuius provisio omnino stat penes ipsummet episcopum (106). Seliguntur tantum concionatores ad tale munus explendum, qui familiari prorsus eloquio absque verborum fucu verbum Dei praedicant, ut id unum intendant omnes praedicandum Jesum Christum et hunc crucifixum.

(105) A. SAMPERS, *Notitiae* cit., pp. 382-387.

(106) Circa le norme riguardanti l'elezione dei predicatori, cfr V. GILIBERTI, *La polizia ecclesiastica* cit., I, pp. 90-91, 131-134.

Abusus sive corruptelae aut vanae observantiae procul sunt a civitate et dioecesi, et, si contingat aliquos potius ignorantia aut simplicitate pressos reperiri addictos, accurritur et eliminantur.

Morem laudabilem universim, dico universim in tota dioecesi, potius nuper invectum cum gaudio referam, nimirum quotidie praevio signo sonitus campanae populum ad ecclesiam matricem convocari, et aperto sacri tabernaculi ostiolo ||13|| debitisque candelis accensis, mediis aliquibus precibus ac piis meditationibus, adorari et venerari sanctissimae Eucharistiae sacramentum, et fere quotidie hujuscemodi publicae adorationi in cathedrali interesse non effugio, ut clero et populo essem exemplo illosque sedulos in praelaudata adoratione continerem, ex quo uberrimus fructus videtur et speratur.

A meae promotionis tempore, ubique promovetur a parochis exercitium orationis mentalis in missis matutinis et cultus Beatae Mariae Virginis maxime in sabatho cuiuslibet hebdomadae, peracto pariter eodem die ab aliquo pio et docto presbytero, a me ad id deputato, sermone in laudem ejusdem Deiparae ad majorem fideliūm devotionem erga eandem excitandum (107).

Status operum patratorum.

Munus episcopaloris ordinis praecipuum saepius concionandi ad clerum et ad populum, obsecrando, increpando et arguendo in omni doctrina, quemadmodum omni die sabathi, dummodo aegra valetudine non sim detentus, in laudem Deiparae Matris sermocinandi ut magis atque magis in christifidelium cordibus devotionis fervor augeretur, per meipsum non incassum, Deo dante, mitto.

Quotannis per me ipsum, insimul cum praefato meo vicario generali, munus adhuc sanctae visitationis pro medietate dioecesis expleo, et, juxta mentem Concilii, priusquam effluxerit, eandem dicta sancta visitatione perlustro, ac in adjutorium pastoralis ministerii operarios affatae meae Congregationis Missionariorum Sanctissimi Redem[p]toris accire et avocare non omitto, qui vicibus repetitis civitatem et praesertim dioecesim, morum docilitatem magis redolentem, ad pietatem plurimum excoluere.

In civitate, et fere in tota dioecesi, erectae et institutae reperiuntur sodalitates sanctissimi Sacramenti, quorum redditibus provideatur de omnibus necessariis ad ornatum altarium et ejusdem administrationem; moribus tamen receptum non est, nec regulis praे-

(107) A. SAMPERS, *Notitiae* cit., pp. 428-429.

scriptum, ut Sanctissimum Viaticum sacco induiti associentur, cum ex villicis et fabris sint adunatae, et pr[a]esto esse non possunt in casibus quotidianae delationis praelaudati Sanctissimi Viatici. Est tamen onus a me clericis impositum huic associationi interesse, et minime deficere.

Non extant sodalitates Doctrinae Christianae, difficillimae erectionis in hisce oppidis, supplet tamen cura et diligentia parochorum et clericorum aliquorum, extra seminarium degentium usquedum in eo inter convictores admittantur, qui hoc onere ||13'|| praecipue sunt gravati.

Universim non omisi probos sacerdotes et aetate et doctrina proiectiores deputare, quibus est onus injunctum respective sermocinandi diebus festis familiari eloquio in designatis ecclesiis pueris et puellis separatim, illosque instruendi in exercitio orationis mentalis, aliisque piis exercitiis passionem Domini respicientibus.

Nec penitus omisi in sanctis visitationibus in hac civitate et dioecesi habitis, pluribus vicibus Sacramentum Confirmationis ministrare. Et dummodo aegra valetudine, qua fere diu labore, non sim pressus, non me taedet temporibus praescriptis pontificalia aliasque functiones episcopales obire; neque hactenus unquam abfui a residentia, et sum paratus imo ab ea imposterum minime abesse.

Quandoque canonicorum cathedralis et collegiatarum dioecesis choro interesse non effugi, ut ipsis exemplo essem eosque sedulos in debita divinarum horarum recitatione continerem. Publica si quae eveniant scandala, prius monitionibus et exhortationibus, dein grassantibus media contumacia anathematis gladio coercentur.

Actu paucae sunt locorum piorum administrationes, qu[ae] ecclesiasticae ditioni subjacent, quas quandoque quoad generalia per me ipsum recognovi, remissa alicui probo et perito presbytero quoad particularia computa cognitione et visione earundem, ut hic moris est.

Onera missarum earumque satisfactiones mei generalis vicarii convisitatoris judicio quotannis subjacent, et ubique locorum sunt paratae tabellae, debito ordine dispositae et refectae.

Magna res est, et p[re]ae omnibus pastoralibus sollicitudinibus gravior, manuum impositio, ideoque omnes ad ordines promovendos per me ipsum, adjunctis aliis doctis viris, examini quoad literas subjicio, praevia morum, quantum homini inter miseros miserrimo nosse datum est, stricta perquisitione, commendationibus aliis-

que humanis respectibus Deo propitio posthabitis proculque abjectis (108).

Quotidie pro grege mihi concredito Sacrosanctum Missae Sacrificium indignus aggredior, ac, ad reddituum mensuram, pauperes maxime aegrotantes et honore periclitantes impudicasque mulieres, ut a peccato removeantur qua publice, qua privatim fovere et alere non omitto.

Quoad Sacri Concilii Tridentini decretum, statuens non esse promovendos ad sacros ||14|| ordines ad titulum patrimonii nisi vere necessarios et utiles servitio ecclesiae, ac ipsius Sacrae Congregationis monita in observantiam praelaudati conciliaris decreti ceteraque laudabilia praexcepta Sacrae Congregationis Episcoporum quoad spiritualia exercitia ordinibus praesertim sacris praemittenda, ac tandem bulla Innocentii PP. XII incipientem *Speculatores* adamussim exequi non parvipendeo (109).

Satis scio inter munera episcopalia synodi celebrationem praecipuum tenere locum, ut medium aptius et efficacius ad excitandam puritatem ecclesiasticae disciplinae, vitia extirpanda, abusus removendos, mores reformandos, aliaque providenda universim ovium saluti conducentia, verum ob rationem temporum in praesentiarum decurrentium non est datum episcopi leges synodales ferre et edere; in causa est cur hactenus abstinuerim, nihilominus praefatae necessitatibus synodicae celebrationis alia consului via, exemplo habitu a vere dignis episcopis, nimirum emanasse generalia edicta sive decreta puritatem disciplinae respicentia.

Nihil quoad postulata pro meae ecclesiae regimine ac pro nunc proponenda habeo, nec mihi occurunt emergentia ad ipsius Sacrae Congregationis notitiam deferre; si in posterum aliquid ob temporum vicissitudines forte evenerit, quod adjutorio ipsius praelaudatae Congregationis indigeam, non me taedet humiliter pro bono regimine referre.

Non est aliud quod ad praesens Eminentibus Vestris potissimum referam, si quid super narratis reprehensionis est, paratum sum ex animo recipere, quoque decet obsequio cervicem inflectere. Et interim Sacrarum Purpurarum fimbrias humillime exoscular.

(108) Il cap. 4 del Concordato del 1741 stabiliva i requisiti per i promovendi agli ordini sacri. A. MERCATI, *Raccolta* cit., pp. 350-353. Cfr anche A. SAMPERS, *op. cit.*, pp. 408-409.

(109) Sul titolo di ordinazione cfr *Conc. Trid.*, *Sess. XXI*, *De ref.*, c. 2; *Sess. XXIII*, *De ref.*, c. 13; cost. *Speculatores*, 4 nov. 1694, § 3; A. MERCATI, *Raccolta* cit., pp. 350-353; G.M. GALANTI, *Descrizione* cit., I, p. 328.

Risposta della S. Congregazione del Concilio al vescovo.

Roma, 20 agosto 1765.

S.C.C.V., ff. 5-6.

S.C.C., Lib. 30 Visit., ff. 112'-114'.

Lettere III, pp. 621-622.

Domino Alphonso episcopo S. Agathae Gothorum. Die 20 augusti 1765.

||5|| Gratae magnopere acciderunt Eminentissimis S. Concilii Tridentini Interpretibus litterae amplitudinis tuae, in quibus eos de istius ecclesiae statu tuique episcopalnis regiminis ratione facis certiores. Ad utrumque quod spectat, maximas sibi suppetere gaudendi tibique gratulandi causas majorem in modum laetantur. Quid enim istic usquam est, quod non vel optime constitutum sit, vel tua cura operaque non perficiatur? Quid in gravissimo pastorali est munere, quod sollicitudo, pietas ac diligentia tua non complectatur? Ac ut ea, quae etsi communia videri possint in magna tamen propter utilitatem sunt commendatione praetereamus, prae coeteris nos in tui existimationem impulit, quod stationes pastorum, vigiliasque, parochiales videlicet ecclesias, ut animarum necessitas postulabat, mira animi contra plurimas difficultates contentione industriaque multiplicasti; quod seminarium tuo episcopio adhaerens meliori aptiorique forma a fundamentis excitas, juvenumque in eo convictu disciplinis praesertim ecclesiasticis instruendorum curam geris acerrimam, ut exinde optimus fieri ad sacram militiam animarumque gerendarum munus possit electus; quod puellarum conservandarum domui extremam imponere manum satagis, viamque sternis ut isti perficiendo operi nihil ad perennitatem desit in quo ut postulatorum tuorum aequitatem agnoscat S. Episcoporum et Regularium Congregatio vehementer optamus; quod clero ad ecclesiasticam disciplinam sacramque eruditionem excolendo mirifice studies, inducitis moralis theologiae accademiis, praeter eas quae crebro fieri sonsue[ve]runt de conscientiae casibus ac sacris ritibus collationes; quod tibi sanctam visitationem quotannis peragenti viam parari facis ac muniri, dimissis huc illuc evangelicorum virorum expeditionibus, qui verbo Dei, fidei doctrina caeterisque animarum lucrandarum piis artibus ad vitiorum fugam ac virtutum amorem populos ||5'|| undique in concionem coactos excitent ac impellant. Quid alias tui pastoralis zeli ac industriae referam usus, quibus divinum cultum pietatem charitatemque foves, omnisque tibi commissus grex ut salvus atque incolmis sit omnimoda ratione, exemplis scilicet, monitis, hortationibus, correptionibus ac numquam intermissa custodia ac sedulitate caves? Quos labores tuos cum laetis plerumque successibus, Deo auxiliante, compleri coronarique videas, eidem maxime gratus esse debes, nihilque magis cupere atque allaborare, quam quae ad illius gloriam faciunt, quae cum animarum salute praecipue conjungitur. Atque hic quidem te sponte currentem tuaque virtute animatum, etsi nostra etiam cohortatione incitare supervacanem arbitremur, facere tamen non possumus quin te ad ea quae vix ac ne vix quidem effici posse scribis, pro munere nostro inflammemus. Dioecesanam igitur synodus tibi proponi a nobis ut tuarum laudum pulcherrimam metam existima. Nihil

tuo episcopali officio opportunius, nihil dioecesi tuoque clero utilius, nihil commendatus nobis ac gratius tibique glorios[us] efficere hoc tempore poteris. Atque id, quamquam per difficile tibi plurimisque septum impedimentis videatur, tamen cum divinam opem in caeteris hactenus praesentissimam expertus sis, cum praeclara ejusmodi in istis provinciis exempla non desint, omnem operam, cogitationem, prudentiam ac industriam tuam illuc convertere debes et quantum in te est tuisque viribus conniti multumque divino auxilio confidere ac demum in suprema voluntate de exitu, quicunque futurus sit, conquiescere. Hujusmodi de te spem, quam Eminentissimi Patres ex tuarum actionum praestantia percepere plurimam, frustrari ac concidere non sinas, eamque magis ac magis augeas laudationum, quas certatim in te contulere consensionem. Quam cum ipse sententia mea cumulaverim, id ipsum significantium tibi duxi, ut meae in te benevolentiae, quibuscumque in rebus opus fuerit inniti ||6|| possis.

23. Triennio 61° (1765-1768).

Anche la visita del 1768 fu compiuta per mezzo del procuratore Francesco Paolo Puoti, che visitò le basiliche degli Apostoli il 10 e 12 giugno 1768. La relazione da lui trasmessa porta la data del 28 aprile 1768, e l'attestato per il 61° triennio è del 16 giugno. S.C.C., Reg. 3. La risposta della S. Congregazione è del 27 luglio. S.C.C., Lib. Visit. 30, ff. 457-458.

Sant'Agata dei Goti, 28 aprile 1768.

S.C.C.V., ff. 18-19', 21-22.
AG, XXXIV/13.
Lettere III, pp. 632-636.

1768

||18|| Expleturus sacrorum liminum sanctam visitationem ad formam Sixtinae constitutionis jam urgentem, decurrente sexagesimo primo triennali circulo, optarem ex animo per meipsum pastoralis meae villicationis ad pedes Eminentiarum Vestrarum humillime provolutus rationem reddere; verum curae permultae ac praesertim aetas gravis et habitualis infirmitas, qua diu sum pressus, omnino vetant. Patiantur igitur Eminentiae Vestrae modo nuncium benigne excipere justaque indulgere excusatione, quemadmodum summae humanitati vestrae innixus confidere non vereor.

Triennio fere acto, in prima relatione a me humiliter habita, satis aperui Ementiis Vestris utrumque ecclesiae et dioecesis statum. Parum mihi superest subjungere.

In civitate Sanctagathensi fundatum extat, duobus fere ab hinc annis, novum monasterium sororum monialium sub titulo Sanctae Mariae Constantinopolitanae et regula Sanctissimi Redem[p]toris, media Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium licentia ac praevio ejus assensu super reddituum annexa-

tione quorundam piorum locorum habito, quoniam ejusdem proprii redditus omnibus non respondebant oneribus supportandis. In ipso numerantur ||18'|| impraesentiarum, praeter tres moniales sorores fundatrices a monasterio Scalae ad praefatum noviter erectum propter praemissa translatas, undecim puellae partim novitiae, quarum tres sunt proximae ad professionem emittebant, ac alterae educandae, omnibus maxima civium aedificatione religiose viventibus suasque constitutiones observantibus, ejusdemque clausura inviolate servatur. Ubi nunc reperitur fundatum monasterium praelaudatum erat antea conservatorium sub eodem descripto titulo, quod puellas tamen non claudebat, quia non integre constructum, et mei regiminis tempore ad perfectionem redactum cum necessariis mansionibus et officinis pro convenienti monialium numero ad formam dispositis. Quod quidem opus sicuti maximo omnium civium desiderio expectabatur, ita non paucos post labores, Deo favente, jam expletum, pari omnium oblectamento fuit ex animo acceptum.

Potissimum urget me cura perficiendi antiquum seminarium, pene ab imis fundamentis quatuor jam elapsis annis inchoatum ut in meliorem amplioremque reduceretur formam pro necessario convictorum commodo; ob magnas vero impensas hactenus in ejus fabricam erogatas, ne nimis idem seminarium alieno graveretur aere, anno jam acto tale opus ||19|| protrahere ad tempus magis opportunum coactus fui, cui tam digno operi, utpote medio aptiori ad excolendos in moribus et doctrina juvenes aetate fragiliori declinantes et frigescentes, jam manus quam citius porrigit, divinae providentiae ope fretus, constans mihi spes est. Commorantibus interim convictoribus in quibusdam episcopii aedibus ad instar seminarii redactis, tamen a mea meaeque familiae habitatione omnino sejunctis.

Ecclesiarum decori et nitori simul in tota dioecesi universim consulitur; etenim antiquatis pulchrior ac decentior inducitur forma, inter quas est parochialis S. Agnetis terrae Argentii fere in omnibus expleta, attamen supereminebit altera parochialis S. Nicolai Magni ejusdem terrae, postquam fuerit ad perfectionem redacta, structura quidem et amplitudine vere sublimis, cuius opus ut perficiatur totam impendere curam non praetereo.

Ecclesiae Sanctissimae Annunciationis civitatis Ayrolae, elegantiori forma constructae, additur excellens campanile quod actu extollitur, opus quidem ipsius ecclesiae decori omnino consentaneum.

Insuper, cum parochialis ecclesia S. Joannis Baptistae, in

casale Bucciani antedictae civitatis Ayrolae existens, intra ejus limites complecteretur duo alia casa || 19' || lia et ruria a se distantia ob hujusmodi inquam distantiam et viarum discrimen praesertim hyemali tempore et multo magis ob torrentes, qui tempore pluviae viam inundare solent, dictae parochialis ecclesiae parochiani habitantes in enunciatis casalibus et ruribus ad eandem parochialem ecclesiam accedere minime valebant ad effectum inibi verbum Dei audiendi et ecclesiastica sacramenta percipiendi, nec parochus in casu spiritualis indigentiae eis occurrere nequiverat, ex quo verisimiliter exoriri poterant, prout multoties exorta jam fuerunt, inconvenientia, per quae nonnulli ex ipsis parochianis, in ultimo agone constiuti, ab hanc vita sine debita spirituali assistentia et absque ecclesiasticis sacramentis decedebant. Ad evitanda idcirco hujusmodi spiritualia damna, in ecclesia, jam in uno ex duobus enunciatis casalibus sub invocatione ejusdem S. Joannis Baptistae constructa, unum presbyterum idoneum oeconomum curatum, ab episcopo pro tempore hujus dioecesis Sanctae Agathae Gothorum prius examinandum et ad curam animarum exercendam approbadum et ad nutum ipsius pro tempore episcopi existentis amovibilem, qui cum congrua assignatione ducatorum quinquaginta monetae hujus Regni Neapolitani, ex fructibus dictae parochiae quotannis in sui beneficium persolvendorum, reservata tamen debita ipsius parochi congrua (110), residere, || 21 || et incolis dictorum casalium et rurium ecclesiastica sacramenta ministrare, ac evangelium diebus festis explanare, eosque in fidei rudimentis instruere, ac in extremo vitae periculo laborantibus spiritualem praebere assistentiam teneatur, deputari debere servatis servandis ad instantiam dictorum parochianorum in casalibus et ruribus praedictis habitantium, tempore quo vacaverat parochialis ecclesia praefata per mortem ejus parochi in mense Sanctae Sedi Apostolicae reservato, decrevi, decreto hujusmodi publicato, et post haec concursum super dicta parochia vacante, cum hoc tamen quod ille, cui de ipsa parochiali ecclesia autoritate apostolica provisum fuerit, eidem presbytero oecono curato pro sui congrua substentatione dictam summam quinquaginta ducatorum annuatim solvere omnino teneatur indixi, cum pro decenti manutentione et custodia ecclesiasticorum sacramentorum in ecclesia praefata, in uno ex dictis casalibus existente, jam per parochianos ipsos fuerit provisum. Hinc autem evenit de praelaudata parochiali ecclesia vacante a S. Sede Apostolica presbyterum dominum Paschalem Diodato, in concursu inter alios

(110) V. GILIBERTI, *op. cit.*, pp. 235-236.

ab examinatoribus synodalibus approbatum et a me magis idoneum reputatum, fuisse cum suprascripta conditione in bullis apostolicis expressa pro visum, quarum vigore in ||21'|| possessionem dictae parochiae immissum de elapso mense februario et constitutum pariter oeconomum curatum actu in enunciata ecclesia residentem, ejus muneri faciendo satis; et sic mei pastoralis officii debito hac in parte, quantum in Domino potui, maximo dictorum parochianorum gaudio adimplere curavi.

Curam animarum, quantum modo a Deo meae imbecillitati datum est, sollicite prosequor, satis faciendo per me ipsum insimul cum meo generali vicario singulis annis sanctae visitationi, mediaque adhibendo quoad clerum rectae disciplinae conformia, obviandoque vitiis populo fortasse irreptis vel diu humane insurgentibus.

In promovendis ad sacros ordines alumnis remota est a me omnis festinantia, imo, spretis confluentium promovendorum votis, nonnisi convictoribus mei seminarii ordinarie indulgeo, praevio tamen examine coram me habito, praehabitaque sedula eorum morum inquisitione.

Verbum vitae populo praebere, dummodo infirmitate habituali qua diu labore non sim impeditus, per meipsum non praetereo, ac in adjutorium mei pastoralis ministerii missionarios meae Congregationis Sanctissimi Redemptoris aliosque operarios advocare, ut ferventiores reddantur fideles in charitate Domini, omnem curam impendo.

Parochos omnes diutius excitare satago ceu verbo ceu exemplo, ut in obeundis curae gravioris muneribus seduliores solicitioresque se praebeant. Revera videntur pueri puellaeque ad cathecheses publicas ||22|| confluere, provideturque etiam adultis tempore communionis paschalis, a qua arceantur ignari donec erudiantur.

Publica tandem si quae eveniant scandala, prius monitionibus et exhortationibus, dein, grassantibus, media contumacia, anathematis gladio coercentur.

Haec habeo quae Eminentissi Vestris potissimum referam, et interim sacrarum purpurarum fimbrias humillime exoscular.

Pubblichiamo la minuta, scritta probabilmente dall'uditore incaricato dell'esame della relazione, e che doveva servire da base per la risposta delle autorità romane al vescovo.

S.C.C.V., Rel. 1768, f. 17.
AG, XXXIV/13.

S. Agata de' Goti per l'anno 1768. Monsignore vescovo si rimette alla sua

prima relazione tre anni sono mandata. Aggiunge di aver mandata ad effetto la fondazione del nuovo monastero di monache sotto il titolo di S. Maria di Costantinopoli, secondo la licenza già ottenuta dalla S. Congregazione de' Vescovi e Regolari; di aver dovuto lasciare di proseguire la fabrica del nuovo seminario per non aggravarlo di debiti; di aver procurato che si restaurassero alcune chiese che ne avevano bisogno; di aver obbligato il paroco della chiesa di S. Giovanni Battista del casale di Bucciano a mantenere un sacerdote idoneo col titolo di economo curato da approvarsi prima dal vescovo e ad arbitrio di questo amovibile, in uno dei casali ad esso spettanti, in cui per la troppa lontananza dalla suddetta chiesa parochiale solevano nascere degli inconvenienti circa l'amministrazione dei sagamenti; di aver visitata ogni anno la sua diocesi ed aver cercato di adempiere per quanto ha egli potuto al suo apostolico ministero. Del sinodo non si fa parola alcuna, siccome neppure di molte altre cose necessarie, delle quali suppongo che avrà diffusamente e distintamente parlato nell'altra sua relazione.

Risposta della S. Congregazione del Concilio al vescovo.

Roma, 27 luglio 1768.

S.C.C.V., ff. 20-20'.

S.C.C., Lib. 30 Visit., ff. 457-458.

Lettere III, p. 636.

Domino episcopo Sanctae Agathae Gothorum. Die 27. juli 1768.

||20|| Epistolam amplitudinis tuae ad Sacram Congregationem Tridentini Concilii Interpretum Eminentissimi Patres libentissime perlegerunt. Atque, etsi cognoscere illa expectarent, quae ad utrumque istius dioecesis statum pertinent quaeque ob superioris triennii descriptionem a te datam praetermissa esse scribis, tamen ex iis quae a te exponuntur perspectum satis habent in praecipuis ac primis episcopalibus officiis muneribus multam esse tuam pastoralem industriam ac diligentiam; ad exitum perductam esse monasterii S. Mariae Constantinopolitanae constructionem, itemque caeterorum sacrorum aedificiorum restaurationem atque ornatum tua cura partim suscipi, partim etiam perfici magnopere gaudent. Sed, quod maxime interest, brevi etiam sperant te curaturum ut seminarium, quatuor abhinc annis inchoatum, quamprimum fieri poterit, perfectum jam esse intelligent. Saluberrimo nempe atque utilissimo hoc opere, stabilitum a te erit praecipuum munimentum ad rectam morum ac doctrinae institutionem in universa dioecesi propagandam; quod praesbyterum oeconomum curatum in parochiali ecclesia S. Joannis in casali Bucciani deputari decreveris, qui cas[al]ibus a parochiali ecclesie distanti[b]us sacramenta ministret et evangelium explanet, egregie profecto animarum incolumenti consuluisti, et Sacrae Congregationi tuam, tum in hoc ipso tum in caeteris episcopatus ||20'|| officiis, curam atque fidem probasti; non minus enim tua ipsius sedula atque assidua opera, quam eorum quos in vinea Domini habes ministros et quos tuo potissimum exemplo excitas; te diligenter tuae dioecesis utilitati prospicere et praesto in omnibus esse vident.

Quamobrem praeclaram Eminentissimis Patribus de te esse opinionem tibi persuadeas, quam in dies auctiorem feceris, praesertim si caeteras apo-

stolatus partes dioecesanae synodi celebratione cumulaveris. Demum, meum in te privatim studium meumque tibi addictissimum animum profiteor.

24. Triennio 62° (1768-1771).

La visita per il 62° triennio fu compiuta per mezzo del procuratore sac. Federico Giuli, che visitò le basiliche degli Apostoli il 28 nov. 1771. L'attestato porta la data del 1° dicembre, e la risposta della S. Congregazione quella del 5 dic. 1771. S.C.C., *Lib. 31 Visit.*, f. 279.

Sant'Agata dei Goti, [settembre ?] 1771.

S.C.C.V., ff. 1-2'.

AG, XXXIV/13.

Lettere III, pp. 643-647.

1771

|| i || Triennio jam acto, in secunda relatione a me humiliter habita, ac ampliori forma distinctaque in prima sex ab hinc annis peracta, satis aperui Eminentibus Vestris utrumque ecclesiae Sanctagathensis materialis et formalis statum. Parum mihi nunc superest referre pro sacrorum liminum sancta visitatione ad formam Sixtinæ constitutionis explenda, jam decurrente sexagesimo secundo triennali circulo. Cuperem per me ipsum pastoralis mei muneris rationem redditurum, at aetas gravis, cui adjungitur habitualis infirmitas qua diu labore, omnino me praepediunt. Dignentur Eminentiae Vestrae propter praemissa nuncium excipere, justamque meam admittere excusationem, et sane de summa benignitate Vesta minime ambigo.

Illud est quod subiungam, quodque majoris sollicitudinis opus fuit in reparando imminentibus ruinis episcopii, et festinanter occurrere debui, quibus hactenus Deo dante feci satis.

In novo monasterio sororum monialium sub titulo S. Mariae Constantinopolitanae et regula Sanctissimi Redemptoris, in civitate Sanctagathensi quinque ab hinc annis circiter fundato, adiunctus est numerus monialium praeter tres moniales sorores fundatrices, a monasterio Schalaë ad praelaudatum noviter erectum translatas; nam extant hactenus quinque sorores iam professae et puellae septem, partim novitiae ceteraque educandae, et quatuor quoque conversae, omnes exemplariter religioseque viventes regulasque suas ejusdemque monasterii clausuram inviolate observantes. Monasterium præfatum in politorem formam iam quinquennii circulo redactum, et potissimum ejus ecclesia ornamento ex opere plastico decorata inspicitur, imo altaria fere omnia elegantioris quidem || i' || structurae; et iam omnia extant parata pro ampliando choro et atrio ante ipsam ecclesiam excitando, aliaque, Deo adjuvante, ad integrum ecclesiae ornatum progressu quidem temporis perficienda.

Antiquo seminario, pene ab imis fundamentis aliquibus abhinc annis inchoato, hactenus manus porrigere nequivi ob impensas per multas in ejus fabricam erogatas, et aliquo opus est tempore ut alieno liberetur aere, quo nimis seminarium extat gravatum; sed spero quamcitus, divinae providentiae ope, illud proseQUI et in meliorem pro necessario convictorum commodo formam reducere. Nihilominus convictores ipsi in quibusdam episcopi mansionibus ad instar seminarii interim commorantur aptisque quidem pro octo ginta saltem convictoribus ipsis recipiendis.

Pro ecclesiarum decore et nitore totam curam impendere in tota dioecesi non praetereo. Et revera in terra Argentii extat iam parochialis S. Agnetis in omnibus fere expleta, et parum superest quoad ornatum dumtaxat ex opere plastico adimpleri, cum iam actu in ea sacramenta administrentur omniaque alia exerceantur munia parochialia ad verbum Dei audiendum et sacramenta percipienda. Altera vero parochialis S. Nicolai Magni ejusdem terrae, aliquibus abhinc annis ab imis fundamentis inchoata, structurae quidem magnificae extat quoad fabricam pene explanata, et passim ad reddituum mensuram proseQUI non praetermittitur ut perficiatur; etsi pro decimis in ejus fabricam implicatis lis anno jam acto mota fuerit a civibus, victa tamen ope divin[o].

Excellens campanile, ecclesiae Sanctissimae Annunciationis civitatis Aerolae addictum, peritorum judicio passim extollitur et parum remanet ut tale opus ad perfectionem reducatur.

Pro ecclesia filiali, quatuor abhinc annis a me erecta in casali Pastorani civitatis Aerolae pro parochianorum commodo inibi et in aliis finitimis ruribus habitantium, qui ob distantiam ac viarum discrimen et torrentes tempore pluviae viam inundantes convenire in propria parochiali S. Joannis Baptiste, in alio casale denominato Bucciano existente, minime valebant, a proprio parocco, post annum a possessione suae parochiae capta et post deputatum in eadem filiali ecclesia oeconomum curatum, etiam lis mota fuit coram Regio Ministro, instans filialem erectam non substineri omniaque ad pristinum reduci, ac denique a designata solutio||2||ne ducatorum quinquaginta hujus Regni, annuatim ipsi oeconoMO curato inibi residenti persolvenda, absolvi; nihilominus, ipso contradicente, efficacioribus substinui rationibus, et feliciter finem tenuit, prosequente jam affato oeconoMO in memorata filiali ecclesia proprium munus.

In terra Fraxii, altero meae dioecesis loco, aliam ecclesiam illius archipresbyteralis filialem statui, in loco aptiori pro filianis

procul ab ista archipresbyterali habitantibus in pagis affatae terrae, qui non sine maximo eorum incommodo praesertim h[ab]emali tempore eandem archipresbyteralem adire valeant, attamen opus tam necessarium, ob recursum ab illo archipresbytero ad regios ministros habitum, effectum hactenus sortiri nequivit; sed, ope divina fretus, firma mihi spes est quam citius omne e medio tolli impedimentum, ut mihi libera sit via manus porrigendi ad praefatum opus perficiendum.

Curae animarum muneri facere satis per me ipsum insimul cum meo vicario generali non praetereo, opportuna, pro recta cleri disciplina et pro vitiis a populo evelendis, remedia praebendo. Parochosque pariter omnes excitando, ut in eorum curae muneribus sollicitiores reddantur. Publica si quae irrepserint scandala monitionibus prius deinde, perdurantibus, [mediis] efficacioribus et persaepe coercionibus.

Singulis annis per meum vicarium generalem sanctae visitationi meae dioecesis fit satis, cum per meipsum [adimplere] infirmitate habituali quam patior sim praepeditus. Tandem verbum vitae populo praebere, habituale infirmitate non pressus, per me ipsum, ac in mei adjutorium saepe accire missionarios aliosque operarios pro tota dioecesi, haud omitto.

Examen confessariorum et ordinandorum semper coram me ipso, a primordiis mei pastoralis regiminis, pro lege habui peractum; et non nisi theologia morali sufficienter instructis et prudenteribus ecclesiasticis facultatem excipiendi confessiones quemadmodum ordines praesertim sacros ordinarie convictoribus mei seminarii (111), aliisque qui in scientia idonei et bonis moribus imbuti, praehabita diligentij eorum morum inquisitione, quantum mihi datum est cognoscere ut fore concessurum.

Non est aliud quo[d] ad praesens emergat, quodque referam Eminentibus Vestris; si quae sint super narratis animadversiones quibus indigeam, in aedifica[||2'||]tionem animarum meae imbecillitati concreditarum, Eminentibus Vestris enixe rogo ut id, ea qua majori urgere valeant auctoritate, efficiant, paratus ex animo fasces submittere, quoque decet obsequio et demissione cordis cervicem inflectere, et tandem sacrarum purpurarum fimbrias humillime exoscular.

(111) Il Concordato del 1741 stabiliva (cap. 4, § 3), che coloro che venivano ammessi allo stato clericale dimostrassero di aver dimorato per almeno un triennio in un seminario o in un convitto ecclesiastico. Erano però ammesse delle eccezioni. A. MERCATI, *Raccolta* cit., p. 350.

Risposta della S. Congregazione del Concilio al vescovo.

Roma, 5 dic. 1771.

S.C.C., Lib. 31 Visit., ff. 279-279'.

S.C.C.V., f. 21.

Lettere III, p. 647.

Domino episcopo Sanctae Agathae Gothorum. Die 5 decembris 1771.

||279|| Magnam in Domino voluptatem ex amplitudinis tuae litteris S. Congregatio Tridentinorum Canonum vindex percepit, quod quam optaverat adhibere te in Santagathensi ecclesia administranda diligentiam cognovit, de qua etsi dubitare minime poterat, quae tuam ||279'|| in episcopatu virtutem non semel antea perspexisset, tamen gravia nunc te etiam atque etiam ampliora solitudinis atque fidei argumenta dedisse, non potuit non vehementer gaudere. Te igitur hortatur bene currentem, ut quo propius ad bravium salutis accedis, eo ardenter gregis saluti studeas.

Haec S. Congregationis nomine. Ego vero ubi se ferat occasio profecto ostentam quam sim ex animo tuus.

25. Triennio 63° (1771-1774).

Non ci è pervenuta nessuna relazione di questo triennio.